

L'AVE MARIA

1. – In salutatione ista continentur tria. Unam partem fecit Angelus, scilicet « *Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus* ». Aliam partem fecit Elisabeth, mater Joannis Baptistae, scilicet « *Benedictus fructus ventris tui* ». Tertiam partem addidit Ecclesia, scilicet « *Maria* » : nam Angelus non dixit « *Ave Maria* » sed « *Ave, gratia plena* ». Et hoc nomen, scilicet « *Maria* », secundum suam inter pretationem convenit dictis Angeli, sicut patebit.

La salutation angélique comprend *trois parties*. L'Ange compose *la première* : « *Je vous salue, pleine de grâce, le Seigneur est avec vous, vous êtes bénie entre les femmes* » (Lc 1 28). *La deuxième* est l'œuvre d'Élisabeth, la mère de Jean-Baptiste : « *Béni est le fruit de vos entrailles* » (Lc 1 42). L'Église a ajouté *la troisième* : « *Marie* ». Ce nom, selon son interprétation, convient aux paroles de l'Ange, comme on le verra plus loin.

2. – Est ergo circa primum considerandum quod antiquitus erat valde magnum quod angeli apparerent hominibus ; vel quod homines facerent eis reverentiam, habebant pro maxima laude. Unde et ad laudem Abrahae scribitur, quod recepit angelos hospitio, et quod exhibuit eis reverentiam. Quod autem Angelus faceret homini reverentiam, numquam fuit auditum, nisi postquam salutavit Beatam Virginem, reverenter dicens : « *Ave* ».

Il nous faut considérer d'abord que dans l'antiquité, l'apparition des anges constituait un événement d'une très grande portée et les hommes tenaient pour un honneur inestimable de pouvoir témoigner aux anges leur vénération. Aussi l'Écriture loue-t-elle Abraham d'avoir donné à des Anges l'hospitalité et de les avoir traité avec beaucoup d'honneur. Mais qu'un Ange se fût incliné devant une nature humaine, on ne l'avait jamais entendu dire, avant qu'après avoir salué la bienheureuse Vierge il lui exprima sa vénération par ces mots : « *Je vous salue* ».

3. – Quod autem antiquitus non reverebatur hominem Angelus, sed homo Angelum, ratio est, quia Angelus erat major homine ; et hoc quantum ad *tria*.

Si dans l'antiquité, l'Ange ne révérait point l'homme mais l'homme révérait l'Ange, c'est que l'Ange est plus grand que l'homme à *trois* titres.

Primo quantum ad dignitatem : ratio est, Angelus est naturae spiritualis. Ps. CIII 4 : « *Qui facit Angelos suos spiritus* » ; homo vero est naturae corruptibilis : unde dicebat Abraham : « *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis* ». Non ergo erat decens ut spiritualis et incorruptibilis creatura reverentiam exhiberet corruptibili, scilicet homini.

Premièrement, l'Ange est supérieur à l'homme en dignité du fait de sa nature spirituelle : « De ses Anges il a fait des esprits » (Ps 103 4 Vg). Mais l'homme est de nature corruptible. C'est pourquoi Abraham disait à Dieu : « Je parlerai à mon Seigneur, moi qui suis poussière et cendre ! » (Gn 18 27). Il ne convenait pas qu'une créature spirituelle et incorruptible rendît hommage à une créature incorruptible.

Secundo quantum ad familiaritatem ad Deum. Nam Angelus est Deo familiaris, utpote assistans. Dan. VII 10 : « *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei* ». Homo est quasi extaneus, et elongatus a Deo per peccatum. Psal. LIV, 8 : « *Elongavi fugiens* ». Ideo conveniens est ut homo reveretur Angelum, utpote propinquum et familiarem regis.

Deuxièmement par sa familiarité avec Dieu. L'Ange, en effet, appartient à la famille de Dieu, il l'assiste. « Des milliers de milliers d'Anges le servaient et dix milliers de centaines de milliers d'Anges l'assistaient » (Dn 7 10). L'homme est comme étranger à Dieu, éloigné de lui par le péché : « Je me suis éloigné de Dieu par la fuite » (Ps 54 8 Vg). Il convient donc à l'homme d'honorer l'Ange, à cause de sa proximité et son intimité avec le Roi.

Tertio. Praeminebat propter plenitudinem splendoris gratiae divinae : Angeli enim participant ipsum lumen divinum in summa plenitudine. Job XXV, 3 : « *Nunquid est numerus militum ejus, et super quem non surget lumen ejus ?* » Et ideo semper apparet cum lumine ? Sed homines, etsi aliqui participant de ipso lumine gratiae, parum tamen, et in obscuritate quadam.

Non ergo decens erat ut homini reverentiam exhiberet, quousque aliquis inveniretur in humana natura qui in his tribus excederet Angelos. Et haec fuit beata Virgo. Et ideo ad designandum quod in his tribus excedebat eum, voluit ei Angelus reverentiam exhibere : unde dixit « *Ave* ».

« PLENA GRATIA »

a) Unde Beata Virgo excessit Angelos in iis tribus.

Et *Primo* in plenitudine gratiae, quae magis est in Beata Virgine quam in aliquo Angelo ; et ideo ad insuendum hoc, Angelus ei reverentiam exhibuit dicens, « gratia plena », quasi diceret : ideo exhibeo tibi reverentiam, quia me excellis in plenitudine gratiae.

Dicitur autem Beata virgo plena gratia quantum ad *tria*.

Primo quantum ad animam, in quo habuit omnem plenitudinem gratiae. Nam gratia Dei datur ad duo : scilicet ad bonum operandum, et ad vitandum malum ; et quantum ad ista duo perfectissimam gratiam habuit Beata Virgo. Nam ipsa omne peccatum vitavit magis quam aliquis sanctus post Christum. Peccatum enim est originale, et de ipso

Début du commentaire de l'*Ave Maria* par S. THOMAS D'AQUIN.